

991 aprile, Rialto

Petrus, figlio del defunto Petrus Maurecenus Theodosius, vende a Leo, abate del monastero di San Michele Arcangelo <di Brondolo>, cinque saline site nel territorio del monastero presso Chioggia Minore. Dette saline, già date a suo padre da Landus, abate e predecessore dello stesso Leo, ed ereditate per testamento da Petrus, sono cedute con tutte le pertinenze e il censo e il quintello, per la somma di 25 mancusi.

Copia autentica del 1141 gennaio da originale in Norimberga, Museo Nazionale Germanico [B].¹

Edizione: Lanfranchi Strina 1981.

+ In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno incarnationis eiusdem Redemptoris nostri nongentesimo et nonagesimo primo, imperantibus domnis nostris Vasilio et Constantino fratribus filii Romano magnis et pacificis imperatoribus, anno autem imperii eorum post hobitum Iohannis Cimisci nonodecimo, mense aprilis, indicione quarta, Rivoalto. Scribere rogavi Vitale presbiterum et notarium hanc documenti paginam ego quidem Petrus filius bone memorie Petro Maureceni Theodosio cum meis heredibus venditor qui cartulam tradidi et eum ad scribendum instruxi, ubi et propria manu subter adfirmavi et testes rogavi subscribendum vel signum sancte Crucis faciendum. Constat enim me ab hodierna die sub dupla rei vendidissem et vendidi atque tradidissem et tradidi obtime et absolute sine omni reprehensione tibi domno Leoni venerabili abbati monasterio Sancti Michaelis Archangeli² et a tota vestra congregacione compatoribus imperpetuum et successoribus vestris in futurum possidendum, hoc est super totas quinque salinas quas michi largivit predictus pater meus quando in monasterio perrexit³ per sui testamenti paginam et sunt sitas in territorio vestri monasterii in vico Clugie Minoris.⁴ Et Landus abbas eodem monasterio vester antecessor de ficta medietatem de ipso fundamento cartulam firmitatis fecit ipsius patri meo. Quam et ipsa de quinque salinas de meo capite quas ego illuc habui in eodem fundamento cum omni eius vigore et robore in tua et in eodem sancto monasterio transacto potestatem cum suo censo et quintello,⁵ ut ab hac die in Dei nomine predictas quinque salinas quas ego habui in predicto vestro fundamento de Clugia Minore da parte patri meo tam de intus quam et de foris, cultum vel discultum, quantum in meo capite et in mea ficta medietate pertinere videtur, cum lidas et virgas et secundas et geminos, cum porciones de argeles et de morarias et scanno, cum vias suas eundi et redeundi, ita ut unum ab alio non contradicatis, cum accessos et egressos atque iunctorios suos et cum iacglacione et transiacglacione sua et cum omnibus rebus a predictas quinque salinas pertinentibus, ita in vestro monasterio venundo et transhacto plenissimam potestatem habendi, tenendi, vendendi, donandi, commutandi et imperpetuum possidendi, aut quicquid vobis placuerit faciendi, nullo hominem contradicentem. Precium autem placitum hac definitum, completum de vobis recepimus id est denarios exmeratos mancusios viginti quinque tantum et nihil remansit quod vos inde amplius requirere debeamus. Quod si quocumque tempore a nnobis^a aut ab aliquibus personis pulsati vel evicti fueritis et minime vos inde in omnibus defensare noluerimus aut non potuerimus ab omnibus questionantibus vel calumpniantibus hominibus qui vos de suprascriptas quinque salinas vel omnia ad eas pertinente expellere voluerit ex parte vel ex toto, aut contra hanc cartulam yre temptaverimus, tunc suprascripto precio duplo cum meis heredibus vobis et vestris successoribus restituere promittimus, quamque insuper vobis et in vestro monasterio componere promitto auri libras quinque seu et omni melioracione que in eadem re facta fuerit et post soluto prostimo maneat hec pagina in sua firmitate. Acto Rivoalto, in mense et indicione suprascripta. + Ego Petrus Maureceni Teodosio manu mea subscripsi. + Ego Dominicus testis subscripsi. + Signum

^a sic.

manus Iohannis testis. + Signum manus Petrus testis.+ Signum manus Iohannis testis. + Signum manus Iohannis testis. Notitia testium id est testium. Dominicus Coloprinus. Iohannes Bassannus. Petrus Yllarus. Iohannes Dulfinus. Iohannes Gretolus. + Ego Vitalis presbiter et notarius complevi et roboravit. Hoc exemplum exemplavi ego Egydius presbiter et notarius in mense ianuarii, indicione quarta, percurente anno Domini millesimo centesimo quadragesimo, in quantum discernere valui sicut vidi et legit in mater, nec ampliavi nec minui, complevi et roboravit.

NOTE STORICHE

¹ Le pergamene dell'archivio del monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo furono messe all'asta nel XIX secolo e finirono disperse in più luoghi della Germania e dell'Italia. Si veda documento [Venezia 1](#) e nota 1.

² Sul monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo si veda il succitato documento [Venezia 1](#) e la bibliografia alla nota 4.

³ Secondo Bianca Lanfranchi Strina, Pietro Morosini Teodosio potrebbe aver assunto l'abito monastico nel monastero di San Giorgio Maggiore, poiché la basilica di San Giorgio, poi tramutata in monastero, fu donata dal duca a tale Giovanni Morosini. (LANFRANCHI-STRINA 1981, p. 22).

⁴ Il territorio di Chioggia era costituito da due agglomerati demici principali: Chioggia Minore, che sarebbe da identificare con la attuale frazione di Sottomarina del comune di Chioggia, e Chioggia Maggiore ovvero Chioggia, in provincia di Venezia. Su Chioggia si veda PERINI 2006, pp. 6-9.

⁵ Sul censo e sul quintello delle concessioni di saline si veda documento [Venezia 17](#) e nota 7.